

162  
Respublica vestra non facile possit, libenterq; de-  
beat gratificari; quod etiam Dantiscanus senatus  
faciebat. Tu vir Anglissime, qui Academia nostrae  
rationem intus nosti, et cum Vestmanni honore,  
patria deus commodumq; futurum conjunctura esse,  
pro tua prudentia intelligis, facile rem valem conficis,  
tibiq; et Reipubl. illum obstringes impensius, quod  
ut facias, rogarem quoq; si de tua aequitate in  
Reipubl. benevolentiaq; in illum dubitarem. D.  
Coppenius, Collega noster fuit obiter eodem hoc. Prae-  
ter cum ex more Decanatum Facultati nostrae  
resignaret, aperiebat nobis vocationem à vobis  
factam, addebat, se respondisse saltem deliberandum  
sibi esse. Miram quidem id nobis; tunc tamen vi-  
debatur, quod successurum vix esset propter pla-  
vina tum publica, tum oeconomica impedi-  
menta. Deum ter Maximam toto pectore invoco,  
ut ineuntem hunc annum Reipubl. et Ecclesiae  
vestrae nostraeq; letam ac tranquillam faxit. Tibi  
vero Anglissime, cum omnibus Tuis cumulatissi-  
me benedicere pergat. Vale Heidelbergae. 3. Jan.  
1610

Ad Clarissimum Virum  
D. Gabrielem Lovellum S. Theol. licent.  
in Academia Groniensi.

108.

Salutem. Insignem, cordatam et eruditam dispu-  
tationem tuam, vir Clarissime, de Anti-Kristo  
Romano anno 1604. editam legi, probavi aduo-  
dam, atq; ex meo Sordinensi exemplari Vogelino  
nostro Typographo recudendam dedi, ne exemplaria  
deessent. Non mordit ea Jesuitas cum primis, et  
quidam Becanus Moganting homuncius, mihi ex  
congressu notus, qui etiam pro Jesuitica fronte  
Regem vestrum adoriri jam nuper non dubitavit,  
à Romanensibus instigatus, disputationem oppo-

suit de Anti-Christo Reformato, nescis, an vide-  
ris, elumbem sed maleficam fatig. Hanc mitto. Tu  
nunquam omittes, sed bestiam Romanam oppugnare  
et expugnare perges, in quo me <sup>bona</sup> ~~bona~~ <sup>pro</sup> habebis,  
dam vivam; quod fiduum an amplius sit futurum  
Dominus novit. Ad rem. Seniores vestri statione  
cesserunt, Wittackerus, Reinholdus, Sullivius, Sermin-  
sius, preclara Ecclesia Anglicana. Luminaria. Vos  
quia in messen successistis, ut sancta inter nos  
vigeat ut fidei, ita charitatis et consiliorum  
Kouroria, quae ad Ecclesiae Evangelicae unio-  
nem juvandam et servandam necessaria est. Rogo  
igitur, mi frater, ut hanc pro virili nobiscum  
foveas, et de rebus vestris ad me familiariter  
perscribas. De nostris cognoscere dabitur ex  
Magnifico Domino Hypolito à Collibus, Legato  
Serenissimi nostri Electoris ad Regem vestrum  
in causa tum politica Juliacense bellum con-  
cernente, tum Ecclesiastica Synodum Evangelicorum  
spectante, in qua infelix schisma sacra-  
mentariam tandem tollatur. Quod solum enim  
et cursum Evangelii impedit et Papatum in Ger-  
mania servat. Scripsi eam de re, fusius ad D.  
Davidem Brunonum et D. Jacobum Medusium,  
et D. Abbatem, cum quibus, si queas, te velim ra-  
tiones et consilia conferre. De Thomâ  
Brichtmanno, cujus commentarius in Apocali-  
anno superiore prodit, si quid habes, velim  
quis, qualis et ubi sit, me edoceas. Plurimum  
vale et Pareum senem, cito statione cessurum  
precibus juva. Heidelbergae, 18. Martij 1610.

Reverendo